



SACRA CONGREGATIO  
DE SEMINARIIS  
ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Romae, die 26 iunii 1936.

NUM. PROTOC. 656/36-3.

(Hic numerus in responsione referatur)

Rev.me Domine,

Summaria Statistica istius Theologicae Facultatis pro  
anno academico 1935, a Te diligenter missa, recepimus, Tibique gra  
tias agimus.

Iterum operam tuam, Rev.me Domine, commendamus, quod i-  
stius Facultatis initia sese certum pignus ostendant futuri plenis  
simi incrementi; ita ut quae Facultas ad tramitem Constitutionis  
Apostolicae "Deus scientiarum Dominus" feliciter inceperit, evadat  
suo tempore speculum illius altioris ecclesiasticae institutionis  
quam Summus Pontifex, laudatam Constitutionem promulgans, in votis

ARCHIVO HISTÓRICO  
PONTIFICIA  
UNIVERSIDAD  
CATHÓLICA DE CHILE  
Rev.mo Domino  
D. CAROLO CASANUEVA  
Rectori Magnifico Univ. Cath.

= CHILIENSIS =

habuit.

Te, Rev.me Domine, adhortamur ut, pro tua navitate et di  
ligentia, studia istius Facultatis Theologicae sollerti cura et vi  
gilantia prosequi velis, Deum Omnipotentem exorantes ut labores  
tuos abunde remunerari dignetur.

Interea sensus nostrae reverentiae, una cum votis omni-  
modae prosperitatis, Tibi, Rev.me Domine, perlibenter offerimus.

Tibi addictissimus in Domino

*Caetano Card. Arko*  
*Vicario*